

Varia "D. n. 178.

22 A 5 (1)

DE VLARI
THMETICAE PRA
CTICAE SPECIEBUS HEN
RICI GLAREANI
EPITOME.



No 16
Scaffalo 41
Palchetto o

FRIBURGI BRISGOIAN

cum gratia ac privilegio Regio ad annos sex

Ex Libris Abatis Dunelmensis
Februarius 1897.

VERE NOBILI A
DOLESCENTI CAROLO A

Wehingen Athesino, Glareanus

S. D. P.



. Erasmi illum Roteroda
mū Præceptorem nostrū,
ac huius tempestatis acer
rimum cū bonarum, tum
sacrarum literarū & instauratorem
& uindicem, dicere sæpe audiui-
mus: Magnis authoribus nihil eque nocere,
atq; Epitomarū illos importunos
scriptores, quemadmodum Liuius L.
Florum, Trogo Iustinum. At multo
aliud esse negocium in tradendis di-
sciplinis. Ibi uero compendium sæpe
prodesse, ac pluribus ansam dare ad
maiora capeffenda. Hęc ita ille. Ver-
rum in quē finem ea adduxerim uer-
ba, audi. Excidit mihi ante annos ali-
quot libellus de supputandi usu, quē

A 2 pro

Biblioteca Cappuccini
Madonna del Sasso

primū Luteciæ olim meis auditoriis
 Heluetiis, qui unā mecum stipendio
 alebantur regio: Deinde Basileæ ac
 Friburgi prælegere consueuerā. Ne
 prorsus huius artis ignari essent, qui
 alias Matheseos parteis aggredi uel
 lent. In eo qdem libello hoc maxime
 caui, ne nimis Arithmeticus essem, ut
 quidam solent, qui nullum finem, in
 epitomis etiam docendis, norūt. Verum,
 ut & lector sciat, quæ causa me
 commouerit, quis nostre institutiōis
 fuerit scopus, quod tã accisum insti-
 tuerim compendiū, breuibus id ex-
 plicandum est uerbis. Ad enarrādos
 eximios authores prælegere solebā
 Geographica quædam, quæ postea
 edidi, quo in negotio gradus cœli in
 milliaria ducēdi erant, diuidendi cir-
 culorum quadrantes per parteis, ac
 deinde in totum redigēdi circulum,
 Diameter terrę, ambitus eiusdem in-
 quirens

5

quirendi, quod absq; usu eius artis fieri negbat. Tradebam eodem tempore Musica, ubi itentidem numerorū ratio requiritur, ac proportionū cognitio. Et uidebam sane multos auctores, qui de Arithmetica scripserāt, uerum in alijs offendeat prolixitas, in alijs nimis alta Theoria, propositum nostrum nihil adiuuans: In quibusdam deterrebat Barbaries, in quibusdam etiam affectata elegātiæ cura. Itaq; cogitauī, qua in alijs uti soleo, de unica breuitate, & ut ea potissimū tractarē, quæ ad maiora illa intelligēda ducerent ac inseruirent, nō quæ absolutū in ea arte facerent, neq; enim id regrebant, quos tum prælegebā, auctores. Cessit ea res feliciter. Qui enim alicuius ingenij erāt, continuo proficiebant. Quapropter, quando nunc domi meæ diu delituit, eum publicare statui, ea lege, ut si lector

A ; indign

indignum studiosorum auribus iudicaret, abijceret porro, accōfoderet. Nolo enim meas nenias alicui nocumento esse. Tibi autem hunc dedicare uolui, ut quando alia in authoribus, tanta cura, tantula præfertim adhuc ætate perlegeris, & hic si non magnum facerem Arithmeticū, degustationem tamen præberem ad aucthores, quos domi mee prælego, intelligendos non prorsus contemnendā. Tu uale & nos ama. Friburgi Brisgoie Anno à Christo nato. M. D. XXXVIII. Calendis Iunijs.

PRAEFATIVN

CVLA.



VM hoc laboris, studiose iuuetutis gratia
 potissimum susceperimus, atq; adeo ob utili
 tatē eorum, q; linguæ
 latine puritatem serio amplectuntur,
 operæ precium me facturū existimo,
 si huius negotij principia, quod ad
 linguæ usum attinet, etiam e' gram
 maticis præceptis altius repetā. Tur
 pe siquidē est artem quavis profiteri
 lingua, cuius uoces ac loquēdi usum
 ignores. Quo modo nostra etate il
 lotis qdam manibus docere supputā
 di artē aggre diuntur: Qui latinū nu
 merandi morem adeo nesciūt, ut uix
 tria præfati uerba, non semel errent.
 Primum itaq; distinguen dū de ipsis
 nominibus numeralibus. Sunt enim

A 4 que

*Invent. 11
manib. 11
ouit sumpt*

quædam, quæ Cardinalia appellant
 à cardine sumpta, ut opinor, meta-
 phora. Quod ut in cardine ianua
 uertitur, ita huius artis primum ac
 præcipuum negocium in hisce cõsi-
 stat. Et ea quidem omnia adiectiua
 sunt omnis generis, tribus nonnun-
 quã terminationibus, ut unus a. um.
 Interdum duabus, ut hi duo, hæ duæ,
 hæc duo. hi & hæ tres, & hæc tria. De-
 niq; nonnunquã unica, ut deinceps
 omnia, & ea ipsa indeclinata ad cen-
 tum usq;. Hæc cum numeris latinis,
 grecis, atq; barbaris, maxime propter
 rudes, oculis subijcere placuit: quod
 sequentibus præceptionibus multũ
 luminis adferre existimauerimus.

Cardinalia.

Vnus, a, um,

Duo, a, o,

i.

ii.

a. r.

b. z.

Tres